



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 84. Hujus Phantatici dogmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Huberthornum militem, Georgium Wi-  
 thadum Prædicantem, Franciscum Sæc. XVII.  
 A. C. 1655.  
 Howigl Sartorem, Bourrughium rusti-  
 cum, Guilielmum Petri, plurimosque  
 alios ejusdem furfuris homines: ex  
 his Whiteokus hoc anno Londini Cu-  
 riam accedens, evaginato gladio ob-  
 vios quoque vulnerabat, captus vero  
 se id ex Spiritus Sancti mandato egisse  
 respondit, alius vero adversus Prote-  
 ctorem, ejusque Parlamentum palam  
 declamans, omnia edicta esse nulla  
 pronuntiabat, paulopost alius seipsum  
 inedia consumpsit, eo quod in hoc fa-  
 tali Anglici Regiminis statu necessa-  
 rium esse diceret, ut tota Natio per  
 quadraginta dies ab omni alimento ab-  
 stineret.

## §. LXXXIV.

*Hujus Phantatici dogmata.*

Quamvis Foxus totam pene religio-  
 nem suam in tristi, & Enthusia-  
 stico silentio & interna sui ipsius recol-  
 lectione ad percipiendas Spiritus sancti  
 motiones reponeret, præcipue tamen  
 docuit quod. I. Scriptum Dei Verbum esset  
 mortuum testimonium de Christo & illo  
 lumine interno, quod in Homine est.  
 II. Quilibet Homo in se habeat conscien-  
 tiæ lumen seu inspirationem superna-  
 turali-

*Laffen. l. c.**p. 45. c. 6.**Sianda Lex.**Polon.*

Sæc. XVII. turaliter datam ad rite intelligenda  
A. C. 1655. Scripturas, & discernendum bonum  
 malo & obtinendam salutem. III. Ho-  
 lumen omnia donet, proin extero Do-  
 ctore non indigeat. IV. Per idem  
 lumen Deus omni homini se manifestet  
 proin Prophetiæ non cessarint. V. Ec-  
 clesia seu cætus Dei consistat duntaxat  
 ex fidelibus interno lumine illustratis.  
 VI. Verbum & Spiritus, qui hominibus  
 etiam non cooperanti & inscio datur  
 impellat ad omne bonum, ne errare  
 possint. VII. Anima sit Dei portus.  
 VIII. Inutilia sint Sacramenta & or-  
 tiones publicæ ad salutem, & unusquisque  
 per suam propriam justitiam justificetur.  
 IX. Extra hunc mundum nulla gloria sit  
 expectanda, & omnia sint communia. X.  
 Nemo Dominus aut Magister vocetur, nec  
 ullus super alium potestatem majorem habeat.  
 Nulla Religionis cæremonia sit adhibenda,  
 & in civili consortio nec Reges salutandi,  
 denique quoad Baptismum cum Anabaptistis  
 conveniunt, vocantur autem Quackeri seu  
 Trepidantes a voce Anglica *Schacker* seu  
 membrorum tremore, qui passim in hujus  
 sæculi asseclis vel in eorum conventibus  
 alibi deprehenditur; jactitant enim  
 tremere præ Majestate Numinis Divini  
 quo irradiantur, hinc, quando in suis con-  
 ventibus

ventibus suas Prophetias effundunt, tunc manibus, pedibusque contremiscunt, spumam ex ore evomunt, & de Dei cognitione alii inter tremores loquuntur, alii horribili vocum confusione simul cantant, seque a Deo ad loquendum specialiter motos fingunt. Hanc vero tremendi consuetudinem in religionem vertunt, eoquod in S. literis scriptum legeretur: *in timore & tremore operamini salutem, & alibi: tremens & stupens: timui & expavi: conturbata sunt ossa mea, exterritus sum & tremebundus, cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & denique Ezech. 12. v. 18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede &c.*

Sæc. XVII.  
A. C. 1655.

*ad Hebr. 12.  
Dan. 10.  
Jerem. 23.  
Psal. 119.  
Actor. 9.*

## §. LXXXV.

*Christianus Augustus Sulzbacensis  
Princeps ad fidem Catholicam  
reversus.*

Eodem anno, quo Ludovicus XIV. Galliarum Rex omnes Hugonotas ab Officiis Aulæ suæ, sui que Fratris promulgato decreto excluserat, in Germania Lutherani nobilissimum sectæ suæ fulcimentum amisere; Christianus enim Augustus Sultzbacensis Princeps Palatinus Rheni Comes de Religionis suæ falsitate convictus, primo in sua  
ditio-